Per. Jul. ✱ ☉ | Mundi. | Ante Chr. || Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

Claudio Iſtria decreta, Sempronio Sardinia, quæ in bellis erant. Claudius Iſtris ſubactis, Ligures perdomuit, & de utriſque triumphavit. Liv. XLI.

Lyciorum Romæ contra Rhodios auditæ querelæ. Rhodii ſe purgant. Polyb. LX, & LXI.

4538 2 16 E | 3808 | 176 || Olymp. 151 | 578 | 573

Q. Petilius Spurinus.
Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus.

Mortuo Petilio ſuffectus eſt C. Valerius Lævinus. Sempronius Procoſ. Sardos perdomuit. Liv. XLI. in Epit.

Mortuo Seleuco regnavit VIII. Syriæ rex Antiochus Epiphanes anno CXXXVII. Græcorum. Vide lib. X, cap. XXXVII. Regnavit annos XI, & menſes aliquot.

Jaſon Pontificatum ab Epiphane impetrat ejecto Onia fratre. II. Mac. IV. Vide lib. X, cap. LI.

4539 3 17 D | 3809 | 175 || II | 579 | 574

M. Æmilius Lepidus II.
P. Mucius Scævola.

Hoc anno videtur Perſeus legatos ad Carthaginienſes miſiſſe, quibus noctu Senatus datus eſt. Liv. XLI.

4540 4 18 C | 3810 | 174 || III | 580 | 575

Sp. Poſtumius Albinus.
Q. Mucius Scævola.

Perſeus bellum contra Romanos moliens Græcos demereri omnibus officiis ſtudet, Achæos maximè, repugnante Callicrate. Legati tres in Macedoniam miſſi. Liv. XLI.

Anno VII. Philometoris Lunæ defectio notata anno Nabon. 574, Phamenoth 27, ſequente 28, hoc eſt Kal. Maii, horis poſt mediam noctem circiter 2, 20′. Ptolem. Liv. VI, cap. V.

Antiochus Apollonio duce in Ægyptum miſſo, Jeroſolymam veniens ab Jaſone magno cum honore ſuſcipitur, II. Macch. IV, 21. Imminebat autem Ægypto. Itaque Phœnicem ad claſſem parandam profectus eſt.

4541 5 19 BA | 3811 | 173 || IV | 581 | 576 Oct. 5

L. Poſtumius Albinus.
M. Popilius Lænas.

His Coſſ. inſtituta Floralia. Ovid. V. Faſt.

Jaſon Pontifex Antiocho pecunias per fratrem Menelaum ſubmittit. Is ſuo nomine illas obtulit, ac CCC. inſuper talentis additis ad pretium ſummum ab rege ſacerdotium obtinet. Oniam deinde Pontificem ejus nominis III. per Andronicum regis præfectum interficit: qui paullò pòſt à rege occiſus eſt. Menelaus cùm pactas pecunias non perſolveret, in ordinem redactus eſt, ſubrogato Lyſimacho ejus fratre, II. Mac. IV.

4542 6 1 G | 3812 | 172 || Olymp. 152 | 582 | 577

C. Popilius Lænas.
P. Ælius Ligur.

Hoc anno primùm ambo Coſſ. ex plebe facti. Faſti Capit.

Mortua Cleopatra, tutores filii ejus Philometoris ab Antiocho Syriam, aliáſque provincias repoſcunt.

4543 7 2 F | 3813 | 171 || II | 583 | 578

P. Licinius Craſſus. Bellum Macedonicum.
C. Caſſius Longinus. Annus I.

Hoc anno denunciatum eſt Perſeo bellum. Licinius equeſtri prælio victus. petenti nihilominus pacem regi; niſi ſe S.P.Q.R. arbitrio ſubderet, negatur. Captæ ab Lucretio Prætore Aliartus, & Thebæ. Licinius iterùm prælio equeſtri ſecundiore conflixit. Liv. XLII. Polyb. Ecl. LXIX.

Antiochi & Ptolemæi legati bello pro Cœleſyria jam inchoato Romam veniunt. Pol. Ecl. LXXII.

Hac clade concitati Alexandrini à rege deficiunt. Ptolemæus Evergetes cum ſorore Cleopatra Alexandriæ ſe muniunt. Philometor ad Antiochum confugit. Ille occaſione utens, Alexandriam obſidet, quam cum expugnare non poſſet, Peluſii valido præſidio relicto, rediit in Syriam. Hieron. in cap. XI. Dan.

Antiochus primam expeditionem in Ægyptum ſuſcipit, in qua primùm Ptolemæi duces ſuperavit, I. Macch. I, 18.

4544 8 3 E | 3814 | 170 || III | 584 | 579

C. Hoſtilius Mancinus. Belli 2.
C. Attilius Serranus.

Antiochus ſecundò in Ægyptum veniens à Popilio Romanorum legato cœptis abſterretur. Juſtinus XXXIV. Livius XLV. Hieronymus in Dan. XI.

Jaſon ſacerdotio pulſus, falſo rumore de Antiochi obitu perlato, cum armatis irrumpit, fugatóque Menelao, multos cives interficit. II. Mac. V. Antiochus deficere Judæos ratus; tùm quòd Ægypto excluſus eſſet, acriùs excandeſcens, Hieroſolymam venit, ibíque crudeliſſimè bacchatus, ſacra vaſa diripuit. Ib. & lib. I, cap. I.

Interim Philometor cum Evergete fratre, & ſorore Cleopatra redit in gratiam, atque Alexandriam admittitur. Inde legatos Romam deſtinant, qui opem adverſus Antiochum poſtulent. Liv. XLIV.

4545 9 4 DC | 3815 | 169 || IV | 585 | 580 Oct. 4

Q. Marcius Philippus II. Belli 3.
Cn. Servilius Cæpio.

Ennius obiit annos natus LXX. Cic. de Senect.

Marcius Perſe rege inopinato adventu perterrefacto, fugatóque, multas urbes occupavit. Rhodii per legatos Romam miſſos, ni pax cum Perſe fieret, ei ſe auxilio fore minati ſunt. Liv. XLIV.

Legati tres Alexandriam miſſi, Popilius, Decimus, & Hoſtilius. Liv. ibid.

Perſes Gentium Illyrici regem ſibi conciliat. Legati Romani è Macedonia reverſi quis rerum ibi ſtatus eſſet renunciant. Ibid.

Per. Jul. ✱ ☉ | Mundi. | Ante Chr. || Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

4546 10 5 B | 3816 | 168 || Olymp. 153 | 586 | 581

L. Aimilius Paullus II. Belli 4.
C. Licinius Craſſus.

Perſes Macedonum rex & Gentius hoc anno victi. Ante prælium cum Perſe Luna defecit; uti C. Sulpicius Gallus Trib. mil. pro concione prædixerat, nocte quam pridie Non. Sept. inſecuta eſt dies. quod tempus quadrat in Junii XXI. feria 3. hora 8. circiter à meridie. Liv. XLIV.

Popilius legatus cum ſociis ſuis aditis in itinere Rhodiis, in Ægyptum venit. Interim Antiochus ſecundò in Ægyptum profectus Alexandriam, quò Ptolemæi confugerant, aggreſſurus erat. Sed legatorum Romanorum, imprimíſque Popilii auctoritate deterritus iram vertit in Judæos. Nam Hieroſolymam ingreſſus templum profanavit anno Seleucidarum CXLV. die XV. Caſleu, hoc eſt Novembris XVI. feria 4. Lib. I. Mac. I, 57. Joſeph. XII. Orig. I. Judæos præterea exquiſitis ſuppliciis ad ejurandam religionem compulit. Reverſus Antiochiam Eleazarum, ac ſeptem fratres Maccabæos excruciavit. II. Mac. VI. & VII.

Mathathias eodem anno fugit ex oppido Modin, interfecto regio præfecto: ad eúmque Judæi profugi ſeſe aggregant. I. Mac. II.

4547 11 6 A | 3817 | 167 || II | 587 | 582

Q. Ælius Pætus. Gr. 146.
M. Junius Pennus.

Paullus Aimilius Macedoniam in formam provinciæ redigit. Oppidorum, quæ Perſen juverant, in Epiro LXX. muros diruit: ac demum triumphavit Perſe ante currum ducto. Liv. XLIV.

Mathathias hoc anno moritur, cum filiis ſuis ducem præfeciſſet Judam. I. Mac. II, 70. Ab hoc tempore Judas Machabæus adverſus Antiochi duces acerrimè bellavit.

4548 12 7 G | 3818 | 166 || III | 588 | 583

M. Claudius Marcellus. Gr. 147.
C. Sulpitius Gallus.

Marcellus Alpinos Gallos. Sulpitius Ligures ſubegit. Epit. XLVI.

Judas Apollonium ducem Antiochi devicit, & occidit. I. Mac. III.

4549 13 8 FE | 3819 | 165 || IV | 589 | 584 Oct. 3

Cn. Octavius. Gr. 148.
T. Manlius Torquatus.

Antiochus in Perſidem profectus eſt relicto in Syria præfecto Lyſia, cui Antiochum filium commiſit anno exeunte Græcorum CLVII. hoc eſt ſub initium anni Juliani. Lyſias cùm Judæis bellum intuliſſet, ab iis ſuperatus eſt: nec non & Gorgias. Joſephus Lib. XII. cap. 2. ait id Olympiade CLIV. eſſe factum: nempe, annum incipit ab autumno. Proinde eodem anno quo Olympias iſta cœpit, id accidit. Templum à Juda Machabæo repurgatum, ac divinus cultus reſtitutus eſt, XXV. die Caſleu. hoc eſt Novemb. XXIII.

4550 14 9 D | 3820 | 164 || Olymp. 154 | 590 | 585

A. Manlius Torquatus. Gr. 149.
Q. Caſſius Longinus.

Luſtrum conditum. Cenſa CCCXXVIIM, XXII. Epit. XLVI.

Hoc anno moritur Antiochus. qui cum Perſepoli templum diripere vellet, ab oppidanis excluſus in Babylonem abiit. Sed in itinere divinitus inflicto morbo, miſerrimè periit. I. Mac. VI. & lib. II. cap. IX.

Moriens Philippo copias ſuas, & inſignia regni ad filium perferenda commiſit. At ille ad Ptolemæum Philometorem confugit. Ibid.

Antiochus Eupator, Epiphanis F. regnat annos II.

Judas hoc anno Pontificatum iniiſſe videtur. Vide lib. X. cap. LIV. Eupator à Judæis ſæpiùs vincitur.

4551 15 10 C | 3821 | 163 || II | 591 | 586

Ti. Sempronius Gracchus. Gr. 150.
M. Juventius Thalna.

Cùm Judas arcem obſideret, Antiochus Eupator Hieroſolymam venit, & eam obſedit, anno currente ſabbatico; qui iniit ab autumno antecedente. I. Mac. VI. 53. Sed cùm Philippus è Perſide veniret, ac regnum curare vellet, pace cum Judæis conſtituta, admiſſus in civitatem, ejus mœnia dirui juſſit, ac ſubinde Antiochiam contendit, quam Philippus occupaverat. Ibid. Cn. Octavius legatus ad Antiochum miſſus Laodiceæ à quodam Leptine occiſus eſt. Appia. Syr.

4552 16 11 B | 3822 | 162 || III | 592 | 587

P. Scipio Naſica. Gr. 151.
C. Marcius Figulus.

His quòd vitio creati eſſent, ſuffecti ſunt, P. Cornelius Lentulus, Cn. Domitius Ahenobarbus. Faſti Capit.

Demetrius Seleuci F. qui Romam obſes à patre pro Antiocho Epiphane miſſus erat, clam ab Urbe dilapſus venit in Syriam & paternum regnum recuperat. Antiochus Eupator, & Lyſias occiduntur. I. Mach. VII. Vide & Polyb. Ecl. CVII.

Igitur X. Syriæ rex Demetrius Soter Seleuci F. regnat annos XI. Ad hunc Alcimus veniens adverſus Machabæos ipſum exaſperat, ac Sacerdotium in ſeſe derivat. Nicanor à rege miſſus à Juda vincitur. Razias, ne in hoſtium manus incideret, ſibi manus infert. I. Mac. VII. & lib. II. cap. XVI. Poſtea Nicanor tentato iterum prælio cum ſuis occubuit. I. Mach. VII. Sub hæc cum Judæis ſocietatem iniit Demetrius. cap. VIII.

Æquinoctium autumnale Hipparchus obſervabat anno Nabon. 587. Meſori XXX. id eſt Oct. 3. feria 2. Ptolem. lib. II.

4553 17 12 AG | 3823 | 161 || IV | 593 | 588 Oct. 2

M. Valerius Meſſalla. Gr. 152.
C. Fannius Strabo.

Lex Fannia ſumptuaria lata eſt. Gell. lib. II.

Judas Machabæus à Bacchide Demetrii duce in prælio cæditur. I. Mach. IX. Succedit ei Jonathas frater, qui XVIII. annum Pontificatus inchoavit. Vide lib. X. cap. LII.

Per. Jul. | Mundi. | Ante Chr. — Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

4554 18 13 F | 3824 | 160 — Olymp. 155 | 594 | 589

L. Anicius Gallus.
M. Cornelius Cethegus. Gr. 153.

L. Aimilius Paulus moritur: cujus tanta abſtinentia fuit, ut ex auctione bonorum ejus vix dos uxori confici potuerit. Epit. XLVI.

4555 19 14 E | 3825 | 159 — II | 595 | 590

Cn. Cornelius Dolabella.
M. Fulvius Nobilior. Gr. 154.

Moritur Terentius Comicus. Vita ejus.

Cenſores P. Scipio Naſica, M. Popilius Lænas. Cenſa CCCXXXVIII. M. CCCXIV. Epit. XLVII.

Secundum æquinoctium autumnale obſervatum ab Hipparcho Neomenia epagomenon mane. Sept. XXVII. feria 7. Ptol. lib. III.

4556 20 15 D | 3826 | 158 — III | 596 | 591

M. Aimilius Lepidus.
C. Popillius Lænas. Gr. 155.

Attalus venit Romam ab Eumene fratre miſſus, ut Romanis ſatisfaceret: à quibus impetravit omnia. Demetrius rex Syriæ Legatos Romam miſit, qui Leptinen, & Iſocratem, à quibus Cnæus legatus occiſus erat, adduxerunt. Polyb. Eclog. CXXI. & CXXII.

Tertia Hipparchi obſervatio, qua deprehenſum eſt autumnale æquinoctium Sept. XXVII. meridie, feria 1. Ptolem. III.

Eodem anno mortuus videtur Eumenes Pergami rex, relicto Eumene parvulo filio: cui tutorem dedit Attalum fratrem. Is XXI. annis regnum adminiſtravit. Itaque falſò ſcribit Strabo lib. XIII. Eumenem annis XLIX. regnaſſe. Non enim ampliùs quàm XLI. ad ſummum regnavit. Vide annum 4576.

4557 21 16 CB | 3827 | 157 — IV | 597 | 592 Oct. 1

Sex. Julius Cæſar.
L. Aurelius Oreſtes. Gr. 156.

Auri tum in ærario fuere pondo DCCXXVII. argenti XCII. M. & extra numerum CCC. & LXXV. M. Ita Plin. lib. XXXIII. cap. III.

4558 22 17 A | 3828 | 156 — Olymp. 156 | 598 | 593

L. Cornelius Lentulus.
C. Marcius Figulus II. Gr. 157.

Dalmatæ à Marcio Coſ. ſuperati. Epit. XLVII.

4559 23 18 G | 3829 | 155 — II | 599 | 594

P. Cornelius Scipio II.
M. Claudius Marcellus II. Gr. 158.

4560 24 19 F | 3830 | 154 — III | 600 | 595

Q. Opimius.
L. Poſtumius Albinus. Gr. 159.

Cùm Cenſores theatrum lapideum exſtrui cenſerent, Scipio Naſica interceſſit. Epit. XLVIII.

Pacuvius Brunduſinus Tragœdiarum ſcriptor clarus habetur. Euſeb.

4561 25 1 ED | 3831 | 153 — IV | 601 | 596 Sept. 30

Q. Fulvius Nobilior.
T. Annius. Gr. 160.

Hoc anno Coſſ. à Kal. Jan. inire cœperunt. Epit. XLVII.

Bellum Celtibericum ſuſceptum, & à Fulvio inchoatum Ibid. App. Iberica. qui & Luſitanos eodem tempore turbaſſe memorat.

Alexander Veles, vel Bala Antiochi Epiphanis F. contra Demetrium inſurgit. I. Macch. X. Vide lib. X. cap. XLVII. Uterque verò Jonathan ad ſe pertrahere ſtudet. Sed is Alexandro potius favet. Ibid.

Hunc Antiochenſes cupidè exceperunt, Demetrio propter luxum, & ſuperbiam infenſi. Juſt. XXXV. Joſeph. lib. XIII. cap. III.

Legati Roma miſſi ad diſceptandam Maſaniſſæ & Pœnorum controverſiam renunciarunt ingentem vim materiæ Carthagine parari. Appia.

4562 26 2 C | 3832 | 152 — Olymp. 157 | 602 | 597

M. Claudius Marcellus.
L. Valerius Flaccus. Gr. 161.

In Luſitania variè geſta res eſt. App.

Rurſus legati in Africam miſſi, ad pacem inter Pœnos & Maſaniſſam conſtituendam, factione Giſgonis Amilcaris F. qui ad bellum ſuos incitarat, ægrè à plebis impetu defenſi ſunt. Idem.

4563 27 3 B | 3833 | 151 — II | 603 | 598

L. Licinius Lucullus.
A. Poſtumius Albinus. Gr. 162.

Coſſ. cum delectum ſeveriùs haberent, à Tribunis in carcerem conjecti ſunt. Cum in Hiſpania res parum proſperè ſuccederet, atque idcirco Tribunus, vel legatus eò ire nemo vellet, P. Cornelius Aimilianus iturum ſe profeſſus eſt. profectus egregiè ſe geſſit. Epit. XLVIII.

Hoc anno victo occiſóque Demetrio regnavit Alexander Bala annis V. Is Philometoris filiam Cleopatram duxit, Syriæ, ac Seleucidarum exitio fatalem fœminam. I. Macch. X. Vide cap. XLVII. lib. X.

Ad eas nuptias vocatus Jonathas, ac perhonorificè habitus eſt. Ibid.

Guluſſa Maſaniſſæ F. renunciavit claſſem, & exercitum à Pœnis comparari. Rurſus auctore Naſica legati miſſi. App.

4564 28 4 A | 3834 | 150 — III | 604 | 599

L. Quinctius Flaminius.
M. Acilius Balbus. Gr. 163.

De bello Carthaginienſibus indicendo actum eſt hoc anno; quòd illi Maſaniſſam infeſtarent, & contra fœdus naves haberent. Epit. XLIX. Sed rurſum legatos mitti placuit. App.

4565 1 5 GF | 3835 | 149 — IV | 605 | 600 Sept. 29

L. Marcius Cenſorinus.
M. Manilius. Gr. 164.

Bellum Punicum tertium his Coſſ. cœptum à duobus Coſſ. Manilius pedeſtribus copiis, Cenſorinus claſſi præfectus eſt. Antequam ullæ naves in Africam veniſſent, Uticenſes ſe, ſuáque omnia dediderunt. Carthaginienſes idem fecerunt. Sed nihilominus pervincente Catonis ſententia eò miſſi Coſſ. ex eorum mandato exuſta claſſe, juſſi ſunt X. à mari paſſuum

Per. Jul. * ☉ | Mundi. | Ante Chr. — Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

paſſuum millibus conſidere. Ita Carthaginienſes ad bellum inflammati. Urbem itaque Coſſ. oppugnant. Quo in bello Scipionis virtus enituit, quæ magnoperè Romæ prædicata. Appianus Libyca. Oroſius.

Andriſcus Perſei ſe mentitus filium Roma clam fugiens Macedoniam occupavit. Epit. XLIX.

4566 1 6 E | 3836 | 148 — Olymp. 158 | 606 | 601

Sp. Poſtumius Albinus.
L. Calpurnius Piſo. Gr. 165.

Maſaniſſa in lecto jacens M. Manilium Coſ. rogavit, ut ad ſe Scipionem mitteret, ut in ejus complexu moreretur. Mortuo rege Scipio ex ejus mandato regnum diviſit. Urbes aliquot in Africa expugnatæ. Appianus. Epit. XLIX.

Andriſcus falſò ſe Philippum nominans à Q. Cæcilio Metello Prætore victus eſt. Eutropius. Florus.

Demetrius Demetrii ab Alexandro occiſi F. auxilio Cretenſium Alexandrum aggreſſus eſt. I. Mac. X, 67. Juſtinus XXXV.

Apollonius Demetrii dux contra Judæos infeliciter pugnat. Ideo Jonathas ab Alexandro plurimùm honoratur. I. Mac. X.

Lucilius poëta naſcitur. Hieron. Chron.

4567 3 7 D | 3837 | 147 — II | 607 | 602

P. Cornelius Scipio Æmilianus.
C. Livius Druſus. Gr. 166.

P. Scipio Carthaginienſes vehementiùs oppugnat. portum capit. Pœnos ad extremas anguſtias redigit. Appianus. Epit. LI.

Quòd legati Populi Rom. pulſati ab Achæis eſſent, bellum Achaicum ſuſceptum. Miſſi erant, ut de controverſiis Achæorum, & Lacedæmoniorum cognoſcerent. Q. Metellus Prætor primùm cum eis pugnavit. Juſt. XXXIV. Pauſ. Achaicis. Epit. LII.

Ptolemæus Philometor ad Alexandrum generum ſuum venit in Syriam: ubi exceptus honorificè, callidè penè omnem occupavit: ac Demetrio accito filiam illi ſuam collocavit. I. Mac. XI.

Quartum Hipparchi æquinoctium anno Nab. 601. epag. 3. ſequente 4. media nocte. Sept. XXVII. fera 1. Ptol. lib. III.

4568 4 8 C | 3838 | 146 — III | 608 | 603

C. Cornelius Lentulus.
L. Mummius. Gr. 167.

Q. Metellus prorogato imperio cum Achæis conflixit: ac Bœtos duobus præliis ad Thermopylas, & in Phocide ſuperavit. Oroſius. Epit. LII. ad Thermopylas cum Critolao duce: mox ad Iſthmum cum Diæo pugnatum refert. Mummius deinde omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum incendit. Ex X. legatorum ſententia tributum indictum Græciæ: concilia ſublata: conſtitutúmque ut quotannis Prætor mitteretur, qui Achaiæ diceretur. Pauſ. Achaicis.

Hipparchus æquinoctium vernum deprehendit Mechir XXVII. hoc eſt Martii XXIV. mane. Eodem anno æquinoctium autumnale notavit Epagom. IV. hoc eſt Sept. XXVII. feria 2. mane. Ptolem. III.

Carthago à Scipione funditus everſa: eodémque anno triumphavit. Appianus. Epit. LII.

Iiſdem Coſſ. Viriathus Luſitaniam occupat, ac Vetilium Prætorem fuſo ejus exercitu cepit. Appianus. Occiſo Alexandro Demetrius Nicator XII. Syriæ regnat annis V.

Eodem anno mortuo Ptolemæo Philometore regnavit Ptolemæus Evergetes Phyſcon Philometoris frater annis XXIX. Vide lib. X. cap. XLVIII.

4569 5 9 BA | 3839 | 145 — IV | 609 | 604 Sept. 28

Q. Fabius Maximus Æmilianus.
L. Hoſtilius Mancinus. Gr. 168.

C. Lælius Prætor Viriathum fregit, ac domuit. Fabius Coſ. ſeveritate diſciplinæ floruit. Cic. II. Off. Epit. LII.

Demetrius Antiochenſes offendit, & in ſeſe provocavit. Sed Judæorum militum ope reſiſtit, & ingentem ſtragem edit. I. Mac. XI. Joſeph. lib. XIII. cap. IX.

Alexandri Balæ filius Antiochus à Tryphone provectus in regnum Demetrii copias fudit, & Antiochiam obtinuit. tùm Jonatham ſibi conciliavit. I. Mac. XII. Jonathas cum Romanis, & Spartanis fœdus inſtaurat.

4570 6 10 G | 3840 | 144 — Olymp. 159 | 610 | 605

Ser. Sulpicius Galba.
L. Aurelius Cotta. Gr. 169.

Q. Fabius Procoſ. Viriathum vicit. App. Iber.

Tryphon Syriæ regnum affectans Jonatham per inſidias occidit. I. Mac. XIII. Judæi Jeroſolymitani ad Ægyptienſes Judæos ſcribunt. II. Mac. I.

4571 7 11 F | 3841 | 143 — II | 611 | 606

Appius Claudius.
Q. Cæcilius Metellus. Gr. 170.

Salaſſi ab Appio Coſ. domiti. Epit. LIII.

Viriathus Quinctium Prætorem devicit. Celtiberiam ad defectionem impulit. Ideo Metello Coſ. ea provincia decreta. Appia.

Hoc anno Simon Jonathæ frater Pontifex factus, & in actis Pontificatus illius notari cœpit. I. Mac. XIII, 41. Vide lib. X. cap. LV.

Hipparchus æquinoctium autumnale deprehendit anno Nab. 606. Epagom. 4. feria 6. mane: Sept. XXVII. Ptol. III.

[*Emendabat Petavius*, in ſuo Codice: feria 5. veſperi, Septem. 26.]

4572 8 12 E | 3842 | 142 — III | 612 | 607

L. Cæcilius Metellus
Q. Fabius Maximus Servilianus. Gr. 171.

Cenſores fuere P. Cornelius Scipio Africanus, & L. Mummius Achaicus. Bellum in Macedonia contra Pſeudophilippum alterum, qui à Trebellio Quæſtore ſuperatus eſt. Q. Fabius Viriathum victum & fugatum in

Per. Jul. * ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.

in Luſitaniam eſt inſecutus. Q. Cæcilius Procoſ. in Celtiberia rem præclarè geſſit. Sed ſucceſſore dato, ira percitus geſtarum rerum gloriam corrupit. Epit. LIII. Florus lib. II. cap. XVII. Valer. Max. lib. IX. cap. III. Appia. Iberica.

Simon hoc anno Gazam expugnat, & Hieroſolymitanam arcem, quam & munivit, & in ea habitavit. I. Mac. XIII.

4573 9 13 DC | 3843 | 141 || IV | 613 | 608 Sept. 25

Q. Servilius Cæpio.
Q. Pompeius Rufus. Gr. 172.

Q. Fabium Viriathus cùm opprimere poſſet, pacem ab eo æquis conditionibus exprimere maluit: quæ & à populo confirmatur. Appia. Epit. LIII. In Celtiberia ortum eſt Numantinum bellum: quòd Segidenſes ſocios ſuos manibus Romanorum elapſos Numantini recepiſſent. qui juſſi à Metello arma deponere ad arma converſi ſunt. Florus. lib. II.

Luſtrum conditum eſt à Mummio LVII. Cenſa civium capita CCCXXVIIIM. CCCXLII. Epit. LIV.

Demetrius Nicator cùm in Mediam & Perſidem ad auxilia contra Diodotum Tryphonem comparanda profectus eſſet, à Phraate Parthorum rege captus, & honorifice habitus: adeò ut Rhodogunen ei filiam ſuam uxorem daret. I. Mac. XIV. Appia. Syr.

Diodotus Tryphon occiſo Antiocho Alexandri F. regnum uſurpavit. Appia. Joſephus lib. XII. cap. XIII. Regnavit annos circiter duos, vel III. Eclipſis parva Lunæ Januarii XXVII. feria 3. horis 10, 10′. à meridie. Ptolem. lib. VI. cap. V.

4574 10 14 B | 3844 | 140 || Olymp. 160 | 614 | 609

Q. Servilius Cæpio. *Archon Antitheus.* Pauſ. Acha.
C. Lælius. Gr. 173.

Q. Servilius pace neglecta, quam cum Viriatho frater ejus fecerat, Senatu permittente, Viriathum fudit, & fugavit. tùm corruptis ejus legatis dolo illum interemit. Cum Numantinis Q. Pompeius infeliciter pugnavit: & cum iis injuſſu populi pacem fecit. Appia. Epit. LIV.

Antiochus Sidetes Demetrii Soteris F. Demetrii Nicatoris frater, audita fratris ſui captivitate, venit in Syriam, & à Cleopatra illius conjuge accitus eam duxit. Juſtinus XXXVI. Joſeph. lib. XIII. cap. XII.

Accius poëta floret. Euſeb.

4575 11 15 A | 3845 | 139 || II | 615 | 610

C. Calpurnius Piſo.
M. Popilius Lænas. Gr. 174.

Bellum cum Numantinis à Popilio geſtum, cùm pacem à Pompeio factam Senatus irritam habuiſſet. Appianus.

Tryphone occiſo regnat in Syria Antiochus Sidetes annis IX. Lib. I. Mac. XV. Legati hoc anno Roma reverſi cum literis commendatitiis, quibus L. Metellus Coſ. Simonem amicis regibus commendabat. Ibid.

4576 12 16 G | 3846 | 138 || III | 616 | 611

P. Cornelius Scipio Naſica Serapio.
D. Junius Brutus. Gr. 175.

Bellum à Junio in Luſitania geſtum. M. Popilius Procoſ. à Numantinis fuſus eſt. Epit. LV.

Antiochus, qui Simonem hactenus coluerat, bellum eidem infert per Cendebæum ducem. Sed is à Joanne Simonis filio profligatus eſt. I. Mac. XVI.

Hoc anno moritur Attalus Eumenis frater, cum Pergami tutorio nomine regnaſſet annis XXI. hoc eſt XXI. inchoaſſet. Succeſſit Attalus Eumenis F. annis V. Strabo XIII.

4577 13 17 FE | 3847 | 137 || IV | 617 | 612 Sept. 24

M. Aimilius Lepidus.
C. Hoſtilius Mancinus. Gr. 176.

Hoc anno XXXM. Romanorum à IVM. Numantinorum victa. Ideo pacem ignominioſam cum iis Mancinus fecit. Qui & revocatus Romam, ejúſque loco miſſus Æmilius. Appia. Epit. LV.

4578 14 18 D | 3848 | 136 || Olymp. 161 | 618 | 613

P. Furius Pilus.
Sex. Attilius Serranus. Gr. 177.

Brutus Procoſ. in Luſitania bellum proſperè geſſit; inde Callæci nomen meruit. C. Mancinus Numantinis deditus eſt lege, quam ipſe ſuaſit. Sed cum Numantini non acceperunt. Epit. LVI. Appianus.

4579 15 19 C | 3849 | 135 || II | 619 | 614

Ser. Fulvius Flaccus.
Q. Calpurnius Piſo. Gr. 178.

Calpurnius contra Numantinos bellum gerit. Illyrii à Fulvio Flacco, Scordiſci in Macedonia à M. Coſconio Prætore domiti. Epit. LVI.

Hoc anno, exeunte Græcorum 177. menſe undecimo, qui eſt Schebat, occiſus eſt Simon Pontifex à genero ſuo Ptolemæo. Evaſit tamen filius ejus Joannes Hyrcanus. I. Mac. XVI. Atque hic quidem Pontificatum hoc anno cepit; tenuítque XXXI. annis. Joſephus lib. III. cap. XV.

Hîc ſacra Bibliorum hiſtoria deſinit, quouſque Græcorum annos inſcripſimus. Joannes Hyrcanus ſubinde Ptolemæum obſedit. At is matrem illius palam cædebat, dum ad oppugnandum accederet. Ita ab incœpto deſtitit. Hunc annum fuiſſe Sabbaticum demonſtravimus lib. II. cap. XXVI.

Bellum ſervile in Sicilia ab Euno Syro conflatum in quo ad LXX. M. ſervorum armata ſunt. Oroſ. V. cap. VI. Epit. LVI. Florus.

Antiochus Sidetes Hieroſolymam obſidet: & ſubinde pacem cum iis facit. Joſephus loco citato.

Hipparchus vernum æquinoctium deprehendit anno Nabon. 613. Mechir XXIX. ſequente XXX. poſt mediam noctem, Martii XXIV. ineunte, feria IV. Ptolem. lib. III.

4580 16 1 B | 3850 | 134 || III | 620 | 615

P. Cornelius Scipio Africanus. II.
C. Fulvius Flaccus.

Scipio

Per. Jul. * ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.

Scipio in Hiſpaniam profectus, exercitum luxu & inertia languentem militari diſciplina temperavit. Epit. LVII. Appianus.

4581 17 2 AG | 3851 | 133 || IV | 621 | 616 Sept. 25

P. Minucius Scævula.
L. Calpurnius Piſo.

Attalus moritur, & populum Romanum regni heredem relinquit. Hujus pecuniam Tiberius Gracchus Trib. pleb. qui legem agrariam tulerat, in eos, qui agrum reciperent, dividi volebat. tum Octavio collegæ intercedenti Magiſtratum abrogaverat. Ob id auctore P. Cornelio Scipione Naſica interfectus eſt. Plut. in ejus vita. Epit. LVIII. Strabo XIII. de Attalo. Piſo ſervos in Sicilia perdomuit, & ſuppliciis affecit. Frontinus IV. cap. I. Valer. Max. IV.

Scipio Numantiam evertit. Epit. LIX. Appianus.

4582 18 3 F | 3852 | 132 || Olymp. 162 | 622 | 617

P. Popilius Lænas.
P. Rupilius Nepos.

Rupilius in Sicilia bellum ſervile confecit, ac Siciliam ordinavit. Epit. LIX. Valer. Max. II.

4583 19 4 E | 3853 | 131 || II | 623 | 618

P. Licinius Craſſus.
L. Valerius Flaccus.

Ariſtonicus Attali ſpurius Aſiam invadit. Licinium Coſ. ſuperat. qui captus, & interfectus eſt. Epit. LIX.

4584 20 5 D | 3854 | 130 || III | 624 | 619

Ap. Claudius.
M. Perperna.

Luſtrum à Q. Pompeio, Q. Metello Macedonico conditum eſt: in quo cenſa civium capita CCCLXVIII. M. DCCCXXXIII. C. Atinius Labeo Trib. Pleb. Q. Metellum, à quo in legendo Senatu præteritus erat, de ſaxo dejici juſſit, quod ne fieret ceteri Trib. auxilio fuerunt. Epit. LIX.

Perperna victo Ariſtonico paullò pòſt ex morbo periit. Oroſius V. cap. X.

Antiochus Sidetes contra Parthos expeditionem ſuſcipit: quo cum & Joannes Hyrcanus profectus eſt. Joſephus lib. XIII. cap. XVI. quo tempore accidit ut Pentecoſte poſt Sabbatum celebraretur. Quem annum Scaliger, & Calviſius videntur ſtatuere Periodi Julianæ 4580. quo ſexta Siwan incidit in Maii XXIX. feria I. Sed hic annus ad ſummum quintus erat Antiochi. At is nequaquam annos IV. aut V. in Parthorum imperio bellum geſſit: quod eſſet in illa opinione conſequens: ſi quidem annos IX. imperavit. Vide lib. II. cap. XXVI. ubi & Calviſii inconſtantia redarguitur, qui rurſus anno 3820. id eſt Periodi Julianæ 4584. eamdem Antiochi & Joannis expedionem retulit.

Credibile eſt hoc anno ſuſceptam illam Parthicam expeditionem. Sed fruſtra ex hodierno computo, vel Alexandræa Periodo commentitia concurſus ille duorum feſtorum explorabitur. Fieri poteſt ut Neomenia Tiſri inciderit in Septemb. XVI. feria 3. atque ut annus iſte embolimæus fuerit; cùm veterem adhuc æquinoctii cardinem retinerent, ante quem cadebat XIV. Niſan hodierni computi. Ideo uno intercalato menſe, ſexta dies Siwan incurrit in XIV. Junii, feria I. Hoc modo verum eſt quod ſcripſit Joſephus. Omninò certum eſt circa hoc tempus expeditionem Parthicam Antiochi & Hyrcani contigiſſe. Sed videtur Hyrcanus paullò pòſt in Palæſtinam rediiſſe, ut anno ſequente dicetur.

4585 21 6 CB | 3855 | 129 || IV | 625 | 620 Sept. 24

M. Aquilius.
C. Sempronius Tuditanus.

Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit. Oroſius loco cit. Velleius I. & II. Antiochus Sidetes ubi ſecundis aliquot præliis Phraaten Parthorum regem vicit; poſtea victus, & occiſus eſt. Oroſius loco cit. Juſtinus libro XXXVIII Appia. Porrò Phraates Demetrium, quem hactenus dimittere noluerat, antequam Antiochus occumberet, in Syriam ad regnum ſuum recuperandum, & avocandum Antiochum, abire permiſerat. Hic igitur mortuo fratre ſecundò regnavit. Hyrcanus audita nece Antiochi oppida Syriæ armis expugnat, Medabam, Sicima, Garizim. ubi templum à Samaritis, Alexandro permittente, conditum ante annos CC. funditus evertit. Joſeph. lib. XIII. cap. XVII. Ex quibus liquet Hyrcanum ab Antiocho rege, quo cum in expeditione fuerat, receſſiſſe.

Eodem tempore in Ægypto quoque turbatum eſt. Ptolemæus Evergetes ob ſævitiam à civibus incenſa regia, clam in Cyprum profugit: filium occidit: ejúſque caput, & manus ac pedes matri Cleopatræ miſit, quam repudiarat. Epit. LIX. Juſt. XXXVIII.

P. Corn. Scipio non ſine veneni ab uxore dati ſuſpicione in lectulo mortuus eſt repertus. Velleius II.

4586 22 7 A | 3856 | 128 || Olymp. 163 | 626 | 621

Cn. Octavius.
T. Annius.

Hoc ferè tempore Joannes Pontifex Idumæos ſubegit, & ad circumciſionem compulit. Joſeph. lib. XIII. cap. XVII.

Carneades obiit anno ætatis XC. vel LXXXV. Sub ejus obitum Luna defecit Maii 2. feria 2. hora 5, 46′. Athenis. Itaque initium illius, & integræ defectionis pars videri potuit. De eclipſi teſtis eſt Diog. Laërt.

Hipparchus anno Nabon. 621. æquinoctium vernum deprehendit Phamenoth I. ſub occaſum: hoc eſt Martii XXIII. feria V. Ptolem. lib. III.

4587 23 8 G | 3857 | 127 || II | 627 | 622

L. Caſſius Longinus.
L. Cornelius Cinna.

4588 24 9 F | 3858 | 126 || III | 628 | 623

M. Æmilius Lepidus.
L. Aurelius Oreſtes.

Oreſti Sardinia obtigit: cujus Quæſtor triennium fuit C. Gracchus. Plut.

 M. Plau-

Per. Jul. * ☉ | Mundi. | Ante Chr. — Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

4589 · 25 10 · ED | 3859 | 125 — IV | 629 | 624 Sept. 13

M. Plautius Hypſæus.
M. Fulvius Flaccus.

Fulvius ſeditioſè in Magiſtratu ſe geſſit, & Italos ſocios ſpe civitatis concitavit. Appia. lib. I. Civil.

Cùm Demetrius exoſus eſſet omnibus: Syri à Ptolemæo regem poſtulant. Is Alexandrum Zebinam ad eos mittit: à quo victus eſt Demetrius, & ab uxore Cleopatra ob Rhodogunes æmulationem interfectus. Juſt. XXXIX. Vide caput XLVII, lib. X. Alexandro regnante, primùm Seleucus Demetrii & Cleopatræ F. imperium ſine matris auctoritate ſumpſit: à qua paullò pòſt interficitur. Vide lib. noſtrum X.

Hoc anno cœptum eſt cum Tranſalpinis Gallis dimicari contra Salyas, & Allobrogas. Epit. LX.

4590 · 26 11 · C | 3860 | 124 — Olymp. 164 | 630 | 625

C. Caſſius Longinus.
C. Sextius Calvinus.

Sextius Salios in Gallia funditùs delevit, coloniam Aquas Sextias condidit. Epit. LXI. Velleius II.

Hoc anno occiſo à matre Cleopatra Seleuco, regnavit Antiochus Grypus, qui Ptolemæi filiam Gryphinam duxit, ac regnavit annos XII. Euſeb.

Idem Alexandrum Zebinam interfecit. Appia. Syr. Juſtinus.

4591 · 27 12 · B | 3861 | 123 — II | 631 | 626

Q. Cæcilius Metellus.
T. Quinctius Flaminius.

Balearicum bellum hoc anno geſtum à Metello, quòd Inſulani piraticam facerent. Ep. LX.

Carthago in Africa reſtituta anno XXII, quàm everſa fuerat. Sed fœdum prodigium hæſitationem injecit, ſtipitibus terminorum indicibus à lupis revulſis. Oroſ. V, cap. XII.

4592 · 28 13 · A | 3862 | 122 — III | 632 | 627

Cn. Domitius Ahenobarbus.
C. Fannius Strabo.

Domitius Arvernos, & Allobrogas devicit. Suet. Nerone.

4593 · 1 14 · GF | 3863 | 121 — IV | 633 | 628 Sept. 22

Q. Fabius Maximus.
L. Opimius Nepos.

Hoc anno præcipua quædam cœli temperies fuit: ut optima tum vina fuerint, quæ ad annos ducentos duraverunt. Plin. XIV, cap. IV.

Fabius contra Allobroges bellum confecit. Cæſa ex Bituiti Arvernorum regis exercitu CXX M. qui cùm Romam ad ſatisfaciendum Senatui veniſſet, Albæ in cuſtodiam datus eſt. Pugnatum eſt ad Iſaram, ait Plin. lib. VII.

Narbonenſis Gallia in provinciam redacta. Epit LXI. Appianus.

Hieron. hoc anno coloniam ſcribit Narbonam eſſe miſſam. ſed triennio calculus aberrat. Iiſdem Coſſ. C. Gracchus, cum biennio Tribunatum gerens ſeditioſis legibus Remp. perturbaſſet, ab Opimio Coſ. oppreſſus eſt. Occiſus eſt & cum eo Fulvius Flaccus, ejúſque domus everſa; qui Coſ. quinto ab hinc annos fuerat. App. lib. I. Civil. Plutar. in Gracchis.

Hoc anno Antiochus Grypus Cleopatram matrem venenum ſibi propinantem bibere ipſam coëgit. Appia. Syr. Juſt. XXXIX.

4594 · 2 15 · E | 3864 | 120 — Olymp. 165 | 634 | 629

P. Manlius.
C. Papirius Carbo.

4595 · 3 16 · D | 3865 | 119 — II | 635 | 630

L. Cæcilius Metellus.
L. Aurelius Cotta.

C. Marius Trib. Pl. Metellum in carcerem conjecit. Plutar.

4596 · 4 17 · C | 3866 | 118 — III | 636 | 631

M. Porcius Cato.
Q. Marcius Rex.

Hoc anno Narbonam colonia deducta. Velleius I. Eutrop.

4597 · 5 18 · BA | 3867 | 117 — IV | 637 | 632 Sept. 21

L. Cæcilius Metellus poſtea Dalmaticus, vel Diadematus.
Q. Mucius Scævola augur.

Galli ad Alpes à Marcio Procoſ. victi. Oroſ. Metellus Dalmatas ſubegit. Epit. LXII.

Mortuo Ptolemæo Evergeta ſucceſſit filius ejus Ptolemæus Lathurus primò annis XVII. Hic fratrem habuit Ptolemæum Alexandrum, & alium nothum, Ptolemæum Appionem, cui Cyrenarum regnum pater reliquit. Vide lib. X, cap. XLVIII.

4598 · 6 19 · G | 3868 | 116 — Olymp. 166 | 638 | 633

C. Licinius Geta.
Q. Fabius Maximus.

4599 · 7 1 · F | 3869 | 115 — II | 639 | 634

M. Aimilius Scaurus.
M. Cæcilius Metellus.

4600 · 8 2 · E | 3870 | 114 — III | 640 | 635

M. Acilius Balbus.
C. Cato nepos M. Catonis Cenſorii.

Cum Thracibus Cato ignominioſè pugnavit. Eutrop.

Luſtrum conditum à L. Metello, & Cn. Domitio, quo cenſa CCCXCIII M, CCCXXVI. Epit. LXII.

4601 · 9 3 · DC | 3871 | 113 — IV | 641 | 636 Sept. 20

C. Cæcilius Metellus Macedonici F.
Cn. Papirius Carbo.

Hoc anno Cimbri, Teutoníque Alpes tranſgreſſi fœdam ſtragem ediderunt. quos Carbo profligavit. Velleius II. Tacitus de Mor. German.

Hoc anno Antiochus Cyzicenus Grypi frater contra ipſum bellum ſuſcepit. Cleopatram Ptolemæi Lathuri conjugem à viro repudiatam duxit. Antiochia

Per. Jul. * ☉ | Mundi. | Ante Chr. — Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

Antiochia Grypum ejecit. Cùm fratre verò alternante fortuna certans XVIII. annis regnavit. Vide lib. X, cap. XLVII.

4602 · 10 4 · B | 3872 | 112 — Olymp 167 | 642 | 637

M. Livius Druſus.
L. Calpurnius Piſo.

Antiochus Cyzicenus Antiochia à fratre pellitur. Ibi Cleopatra conjux Cyziceni juſſu ſororis ſuæ Gryphinæ interempta eſt. Juſt. XXXIX.

4603 · 11 5 · A | 3873 | 111 — II | 643 | 638

P. Cornelius Scipio Naſica.
L. Calpurnius Beſtia.

His Coſſ. Jugurthinum bellum ſuſcipitur duce Calpurnio, quòd Jugurtha Hiempſalem, & Adherbalem Micipſæ filios occidiſſet. Sed Calpurnius donis ab rege corruptus eſt. Salluſtius.

Antiochus Cyzicenus Gryphinam Grypi conjugem interfecit. Juſtinus.

4604 · 12 6 · G | 3874 | 110 — III | 644 | 639

Sp. Poſtumius Albinus.
Q. Minucius Rufus.

Poſtumius contra Jugurtham miſſus donis à rege corrumpitur. Salluſt. Minucius cum Thracibus benè pugnavit. Frontinus lib. II. Eutrop.

4605 · 13 7 · FE | 3875 | 109 — IV | 645 | 640 Sept. 19

Q. Cæcilius Metellus Numidicus.
M. Junius Silanus.

Cimbri excluſi ex Gallia, & Hiſpania ſeſe in Italiam infuderunt. cùm à Senatu agrum petiſſent, repulſi M. Silanum fuderunt. Aſcon. in Corneliana. Hyrcanus Samariam obſidet. quibus opem tulit Ptolemæus Lathurus. ſed ab Hyrcani filiis profligatus eſt ejus exercitus. Capta eſt itaque Samaria. Joſeph. XIII, cap. XVIII.

Metellus exercitu ad priſtinam diſciplinam redacto Jugurtham duobus præliis vincit, ac fugat. Salluſt.

4606 · 14 8 · D | 3876 | 108 — Olymp. 168 | 646 | 641

Ser. Galba.
M. Aurelius Scaurus.

Scaurus in Galliam profectus à Cimbris cladem accipit. Tacitus de Mor. Germ.

Bellum in Luſitania inſtauratum. Plutar. in Mario.

4607 · 15 9 · C | 3877 | 107 — II | 647 | 642

L. Caſſius.
C. Marius.

Caſſius Conſul malè pugnavit, & in prælio cecidit, à Tigurinis Helvetiis cæſus in finibus Allobrogum. Epit. LXV. Cæſar I. Comm. Marias in Africa Jugurtham ſæpiùs fudit. Quin & Bocchum Mauritaniæ regem cum Jugurtha conjunctum cecidit. Salluſt.

4608 · 16 10 · B | 3878 | 106 — III | 648 | 643

Q. Servilius Cæpio.
G. Attilius Serranus.

Q. Cæpio Toloſa direpta in Tectoſagis CX M. auri pondo, argenti pondo quinquies decies centena millia abſtulit. Juſtinus lib. XXXII. Gell. III.

Bocchus Sullæ miſſo à Mario Jugurtham dedidit. Salluſt. Plut. M. Tullius Cicero hoc anno natus eſt A. D. III. Non. Jan. Gell. XV, cap. XXVIII. Iiſdem Coſſ. Cn. Pompeius natus eſt Prid. Kal. Oct. Plin. XXXVII, cap. II. Velleius II.

4609 · 17 11 · AG | 3879 | 105 — IV | 649 | 644 Sept. 18

P. Rutilius Rufus.
C. Manilius.

Q. Cæpio cum C. Manilio Coſ. ab Cimbris & Teutonibus ingenti clade affecti. LXXX M. Romanorum & ſociorum: LX M. calonum & lixarum interfecta. Oroſ. V, c. XVI.

Cæpio damnatus, & imperium ei abrogatum. Epit. LXIII.

4610 · 18 12 · F | 3880 | 104 — Olymp. 169 | 650 | 645

C. Marius II.
C. Flavius Fimbria.

Marius de Jugurtha Kal. Jan. triumphavit.

Cimbri in Hiſpaniam tranſgreſſi. inde à Celtiberis fugati ſe cum Teutonis conjunxerunt. Epit. LXVII.

Hyrcano Pontifice mortuo ſuccedit Ariſtobulus ejus filius: qui primus diadema ſumpſit, & anno I. regnavit. Joſeph. XIII, cap. XIX.

Is matrem interfecit, Antigonum fratrem noviſſimum ſucceſſorem deſignans, reliquos tres in vinculis habuit. Mox tamen Antigonum fraude Salomes uxoris interficit. Ibidem.

4611 · 19 13 · E | 3881 | 103 — II | 651 | 646

C. Marius III.
L. Aurelius Oreſtes.

Cn. Domitius Trib. Pl. legem tulit, ut ſacerdotes, quos collegæ antea ſufficiebant, populus crearet. Velleius l. II.

Ariſtobulo fratri ſucceſſit Alexander Jannæus, qui Salomen fratris uxorem duxit. Joſe. ibid. regnavit annis XXVII.

Turpilius Comicus Sinueſſæ moritur. Hieronym. in Chron. Lucilius Satirarum ſcriptor Neapoli moritur, ac publico funere effertur annos natus XLVI. Hieron. Chron.

4612 · 20 14 · D | 3882 | 102 — III | 652 | 647

C. Marcius IV.
Q. Lutatius Catulus.

Marius ad Aquas Sextias Teutonos & Ambronas delevit. Plutar. Oroſ. V, cap. XVI. Cæſa CC M. capta LXXX M.

M. Antonius Prætor in Cilicia prædones inſecutus eſt. M. Furius Bibaculus Cremonæ naſcitur. Hieron. Chron.

4613 · 21 15 · CB | 3883 | 101 — IV | 653 | 648 Sept. 17

C. Marius V.
Manius Aquillius.

Cùm Catulus Cimbris, qui per Noricum irruperant, par eſſe vix poſſet, Marius ad eum adjunxit ſeſe. Ita barbari fuſi. cæſa CXL M. capta LX M. Plutar.

L. Apuleius Saturninus, A. Nonio competitore cæſo, Tribunus factus adjuvante Mario Remp. perturbat.

C. Marius

Per. Jul. * ☉ | Mundi. | Ante Chr. | Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

4614 22 16 A | 3884 | 100 | Olymp. 170 | 654 | 649

C. Marius VI.
L. Valerius Flaccus.

Saturninus agrariam legem tulit, ut quem agrum C. Marius pulſis è Gallia Cimbris peperiſſet, is divideretur. Reluctanti Metello Numidico diem dicit. Mox huic aqua & igni interdicitur. Tandem à Mario Coſ. cæſus eſt Saturninus. Plutarch. Epit. LXIX.

Ptolemæus Lathurus à matre Cleopatra regno pulſus Cyprum obtinuit. ſubſtitutus eſt in ejus locum frater Lathuri Ptolemæus Alexander. Juſt. XXXIX.

4615 23 17 G | 3885 | 99 | II | 655 | 650

M. Antonius.
A. Poſtumius Albinus.

Metellus hoc anno ab exilio revocatus eſt, rogatione Q. Calidii Trib. Pleb. Valer. Max. V. cap. II. Cicero Orat. poſt red. ad Quir.

Luſitani hoc anno ſubacti à L. Cornelio Dolabella Procoſ. ut Lapis vetus apud Sigon. indicat: cùm tamen Conſul non fuiſſet; ſed Prætor.

Alexander Judææ rex Ptolemaïdem obſidet. Sed oppidani à Lathuro auxilium petunt; & utrumque mox excludunt. Alexander ad Cleopatram legatos deſtinat. Joſeph. XIII. cap. XX.

4616 24 18 F | 3886 | 98 | III | 656 | 651

Q. Cæcilius Metellus Nepos.
T. Didius.

Lex Cæcilia Didia lata. ne per ſaturam lex ferretur: tum ut trinundino promulgaretur. Cicer. Orat. pro Domo: & alibi paſſim.

Didius in Hiſpania bellum gerit contra Celtiberos feliciter. Epit. LXX. Appia.

Ptolemæus Lathurus vincit Alexandrum: & immaniſſimè in Judæos ſævit. Cleopatra cum copiis in Judæam veniens Ptolemæum fugat, & cum Alexandro fœdus init. Joſeph. XIII. cap. XXI. Juſt. XXXIX.

4617 25 19 ED | 3887 | 97 | IV | 657 | 652 Sept. 16

Cn. Cornelius Lentulus.
C. Licinius Craſſus.

Craſſus in Luſitania bellum gerit. Strabo lib. II.

Ptolemæus Lathurus Cœlen Syriam aggreditur. Gadaram & Amathuntem capit Alexander, Raphiam & Anthedonem expugnat. Joſeph. ibid.

4618 26 1 C | 3888 | 96 | Olymp. 171 | 658 | 653

Cn. Domitius Ahenobarbus.
C. Caſſius Longinus.

Ptolemæus Appion rex Cyrenarum moritur, Romanúmque populum teſtamento heredem relinquit. Senatus ejus regni civitates liberas eſſe juſſit. Epit. LXX. Juſtinus lib. XL. in provinciam redactum eſſe ſcribit.

Antiochus Grypus inſidiis Heracleonis interficitur anno ætatis XLV. regni XXIX. Succedit ei Seleucus filius. Joſeph. ibid. Alexander Gazam captam ſolo æquat. Ibid.

4619 27 2 B | 3889 | 95 | II | 659 | 654

L. Licinius Craſſus.
Q. Mucius Scævula.

Mucius Aſiam Conſul ſanctiſſimè rexit; ut Senatus ceteris magiſtratibus in exemplum illum proponeret. P. Rutilius Rufus publicanorum factione, quibus in Aſia reſtiterat, per equites judices damnatus ſolum vertit. Valerius lib. VIII. Epit. LXX. Sed hoc anno ſequenti contigit.

Seleucus Grypi F. Antiochum Cyzicenum ſuperat, & interficit. Joſephus loco cit. Lucretius poëta naſcitur. Hieronymus.

4620 28 3 A | 3890 | 94 | III | 660 | 655

C. Cœlius Caldus.
L. Domitius Ahenobarbus.

Ariobarzanes in regnum Cappadociæ à L. Sulla Ciliciæ Proprætore reſtitutus eſt, pulſo Gordio Mithridatis duce: ídque ex SC. cùm Ariarathes ejus rex à Mithridate cæſus eſſet, eíque regno filium iſte ſuum impoſuiſſet. Inde ergo Mithridaticum bellum initium habuit. App. Mithrid. Juſt. XXXVII. Celtiberi à Fulvio Flacco victi. App.

Seleucus Grypi F. ab Antiocho Euſebe Cyziceni filio pulſus Mopſueſtiæ à civibus exuſtus eſt. Joſeph. loco cit. Appianus.

4621 1 4 GF | 3891 | 93 | IV | 661 | 656 Sept. 15

C. Valerius Flaccus.
M. Herennius.

Antiochus Euſebes Antiochum Grypi filium exercitu vitáque privat. Joſeph. Deinceps Syriæ regum perturbata, ignotáque tempora ſunt. Vide cap. XLVII. lib. X.

4622 2 5 E | 3892 | 92 | Olymp. 172 | 662 | 657

C. Claudius Pulcher.
M. Perperna.

Cenſores fuerunt L. Craſſus, Cn. Domitius inter ſe diſcordes. Plinius lib. XVII. cap. I.

4623 3 6 D | 3893 | 91 | II | 663 | 658

L. Marcius Philippus. — Marſici belli
Sex. Julius Cæſar. — Annus I.

M. Livius Druſus cùm Senatui priſcum decus reſtituere vellet, ad eúmque judicia transferre, varias leges tulit; inter quas erat una de ſociis civitatis jure donandis, quam cùm iis promiſiſſet, nec præſtare poſſet, in omnium odium incurrit, atque incerto auctore pòſt interficitur. Appianus I. Civil. Epit. LXXI.

Latinis feriis Coſſ. interficere Socii voluerunt. Re detecta, Q. Servilium Procoſ. Fonteium legatum, ac Romanos Aſculi omnes interemerunt. Et quia primi Marſi commoverunt, ideo Marſicum bellum vocatum eſt. Iidem.

4624 4 7 C | 3894 | 90 | III | 664 | 659

C. Junius Cæſar.
P. Rutilius Lupus. — Belli 2.

Flagrante Sociali bello Vettius Cato L. Cæſarem Coſ. fudit. qui reparatis viribus feliciter deinde pugnavit. Appianus. Epit. LXXII. & LXXIII.

Nicomedes

Nicomedes Bithynia à Socrate fratre dejectus, Ariobarzanes è Cappadocia, SCto reſtituti ſunt. App. Mithrid.

Alexander Ægypti rex matrem Cleopatram interficit. Juſt. XXXIX.

4625 5 8 BA | 3895 | 89 | IV | 665 | 660 Sept. 14

L. Porcius Cato.
Cn. Pomponius Strabo. — Belli 3.

L. Sulla legatus Samnites fregit. L. Porcius Coſ. occiditur. Varia ultrò citróque prælia. Appianus. Epit. LXXIV, LXXV.

Alexandro ab civibus pulſo, & paullò pòſt à navarcho Chærea occiſo, revocatus in regnum Ptolemæus Lathurus regnat annis VIII. Euſeb. Chron. Juſt. XXXIX.

4626 6 9 G | 3896 | 88 | Olymp. 173 | 666 | 661

L. Cornelius Sulla.
Q. Pompeius Rufus. — Belli 4.

Mithridati bellum indicitur, quòd Ariobarzanem, & Nicomedem regno exuiſſet, ídque Sullæ mandatum. Marius ejus belli gerendi cupiditate flagrans C. Sulpicium impulit, ut lege lata Sullæ, qui in Campania reliquias belli Italici perſequebatur, imperium abrogaret. Sulla reverſus Remp. in ſua poteſtate habuit; Sulpicium occidit; Marium fugavit. Interim Mithridates Phrygiam vaſtat: cives Romanos Aſia tota interficit: Oppium, & Aquilium legatos necat: Rhodum fruſtra oppugnat: Macedoniam, & Thraciam, Græciam, & Athenas obtinet. Appia. Mithrid. Plutar. in Sylla & Pompeio. Epit. LXXVIII.

4627 7 10 F | 3897 | 87 | II | 667 | 662

Cn. Octavius.
L. Cornelius Cinna.

Cùm Cinna pernicioſas Reip. leges ferret, à collega Urbe pellitur, & cùm Italos ſollicitaret, abrogato illi Conſulatu, ſufficitur L. Cornelius Merula Flamen Dialis. Itaque Cinna patriam oppugnat, accerſito C. Mario. Urbs quatuor exercitibus obſeſſa à Mario, Cinna, Carbone, Sertorio. Eâ captâ cædes variæ editæ ſunt. Appia. Civil. I. Plutar. Mario. Epitome.

Plotius Gallus primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit. Hieron.

4628 8 11 E | 3898 | 86 | III | 668 | 663

C. Marius VII.
L. Cornelius Cinna.

Sulla Athenas capit, & libertati reſtituit, occiſo Ariſtone. Archelaum in Bœotia vincit: cum is C M. peditum, X. M. equitum haberet. Vix X. M. elapſa. Sulla XII. tantùm amiſit. Rurſus Dorilaum regis Præfectum, qui LXXX M. in Bœotiam expoſuerat, cecidit. Plut. Sulla. Appia. Mithrid.

Catullus Poëta Veronæ naſcitur. Hieron.

Marius ex morbo periit. Plut. Mario. Suffectus eſt Valerius Flaccus.

4629 9 12 DC | 3899 | 85 | IV | 669 | 664 Sept. 13

L. Cornelius Cinna III.
Cn. Papirius Carbo.

L. Flaccus, qui à Cinna ſucceſſor Sullæ miſſus erat, à C. Fimbria legato ſuo interfectus eſt. Archelaus juſſu Mithridatis pacem cum Sulla facit. Appianus.

Erat Fimbria præfectus equitum, & in bello ſtrenuus: qui Mithridatem vicerat. Epit. LXXIII. Luſtrum hoc anno conditum. Cenſa CCCCLXIII. M. Epitome. Tigranes à Syris rex eligitur. Appia. Vide cap. XLVIII. lib. X.

4630 10 13 B | 3900 | 84 | Olymp. 174 | 670 | 665

L. Cornelius Cinna IV.
Cn. Papirius Carbo.

Cinna & Carbo bellum contra Sullam parant. Cinna ab exercitu ſuo, quem contra Sullam conſcendere jubebat, occiditur. Carbo ſolus Conſulatum tenuit. Sulla pacem cum Mithridate facit; ita ut is Aſia, Bithynia, & Cappadocia cederet. Fimbria ab exercitu deſertus, qui ad Sullam defecerat, ſeipſum occidit. Legati à Senatu ad Sullam de pace miſſi. Sed Carbo pacis conditionem honeſtiſſimam reſpuit: uti cives à Cinna ejecti reſtituerentur. Epit. LXXIII, & LXXIV. Libertini in XXXV. tribus diviſi.

4631 11 14 A | 3901 | 83 | II | 671 | 666

L. Cornelius Scipio Aſiaticus.
Cn. Norbanus Flaccus.

Sulla trajecto mari XXX M. armatorum contra CC M. expoſuit. Norbanum ad Canuſinum prælio vicit. L. Scipionis milites ad Sullam deficiunt. Carbo Sullæ amicos hoſtes judicandos curavit. Capitolium conflagravit. Q. Sertorius rebus Marii deſperatis in ulteriorem Hiſpaniam, quam ſortitus erat, profectus eſt. Cn. Pompeius cum tribus volonum legionibus ad Sullam ſe adjunxerat annum agens XXIII. Epit. LXXV. Appianus I. Civil.

Eodem anno & Delphicum templum incenſum refert Euſeb. in Chron.

4632 12 15 G | 3902 | 82 | III | 672 | 667

Cn. Papirius Carbo III.
C. Marius C. F.

Marius ad Præneſte victus à Sulla, & ibi obſeſſus eſt. Romæ Damaſippus Prætor cùm Senatum vocaſſet, nobilitatem omnem trucidavit. Sulla urbe potitus inimicorum bona publicavit. Carbonem fudit. Cum Damaſippo, Mario, & Carrinate, ac Samnitum copiis ad portam Collinam acerrimè pugnavit, ac vicit. Præneſte dedita Marius ſeipſum interemit. Appianus. Plut. Sulla. Epit. LXXVII, & ſequentibus. Demum Sulla Dictator Interrege L. Valerio Flacco rogante factus eſt. Ibid.

L. Murena bellum cum Mithridate renovavit. Epit. LXXVI.

P. Terentius Varro vico Atace in Narbonenſi naſcitur. Hieron. Chron.

4633 13 16 FE | 3903 | 81 | IV | 673 | 668 Sept. 12

M. Tullius Decula.
Cn. Cornelius Dolabella.

Murena bellum cum Mithridate acerrimè perſequitur. Ideo ab Sulla revocatur. Sulla de Mithridate triumphavit. Cn. Pompeius de Africa triumphavit. Cicero his Coſſ. pro Quinctio dixit. Gellius lib. XV, cap. XXVIII. Euſeb.

Alexan-

Per. Jul. ✻ ☉ | Mundi. | Ante Chr. | Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

Alexandro rege Ægypti mortuo ſucceſſit Ptolem. Alexander Alexandri fratris Lathuri F. diebus XVIIII. Vide caput XLVIII. lib. X.

Eodem anno occiſo Alexandro iſto, regnavit alter ejuſdem nominis annis XVII.

4634 14 17 D | 3904 | 80 | Olymp. 175 | 674 | 669

L. Cornelius Sulla II.
Q. Cæcilius Metellus.

Q. Metellus contra Sertorium miſſus. Plut. Sertorio.

Cicero Sex. Roſcium parricidii reum defendit. Gell. XV, cap. XXVII.

4635 15 18 C | 3905 | 79 | II | 675 | 670

P. Servilius Vatia Iſauricus.
Ap. Claudius Pulcher.

Sulla dictatura ſe abdicat. Appia. Plutar. Cicero Athenas conceſſit. Plutar.

4636 16 19 B | 3906 | 78 | III | 676 | 671

M. Aimilius Lepidus.
Q. Lutatius Catulus.

Sulla in agro Cumano mortuus, & Romam perlatus in campo Martio ſepultus eſt annos natus LX. Primus è patriciis Corneliis igni cremari voluit. App. I. Civil. Plut. Cicero II. de Leg. M. Lepidus de actis Sullæ reſcindendis legem promulgavit. Sed reſiſtente cum bonis omnibus collega, in Galliam ulteriorem receſſit. Appianus I. Civil. Epit. LXXX.

Alexandro rege Judææ mortuo regnavit Hyrcanus ejus F. annis IX. Joſeph. lib. XIV, cap. I. Quamquam ipſa potiùs uxor Alexandri Salome regnum adminiſtrabat.

T. Quintius Atta Togatarum ſcriptor moritur. Hieron.

4637 7 1 AG | 3907 | 77 | IV | 677 | 672 Sept. 11

D. Junius Brutus.
M. Aimilius Lepidus.

Lepidus anno ſuperiore Conſul patriæ bellum infert. Sed à Catulo, & Pompeio victus in Sardiniam refugit; ubi morbo interiit. Appia. Epit. LXXXX.

Cn. Dolabella Procoſ. de Macedonia triumphavit. Ap. Claudius Procoſ. in Thracia bellum geſſit. Epit. LXXXI. Faſti Capit. Pompeius contra Sertorium mittitur. Sertorius plures urbes expugnavit. Plut. Appia. Epit. XCI.

4638 18 2 F | 3908 | 76 | Olymp. 176 | 678 | 673

Cn. Octavius.
C. Scribonius.

Sertorius & Perperna contra Metellum & Pompeium pugnarunt. Pompeius fugatus à Sertorio. Perperna verò à Metello. Appia. Epit. XCII.

4639 19 3 E | 3909 | 75 | II | 679 | 674

L. Octavius.
C. Aurelius Cotta.

Metellus Sertorii aliquot oppida populatur. Sertorius in ſuos proditionis ſuſpectos ſævit. Pompeium in Vaccæos, Metellum in Galliam compellit. Epit. XCIII. Appia.

Nicomedes Bithyniam moriens Pop. Rom. reliquit. Ib.

Cicero Quæſtor in Siciliam profectus eſt. Plut.

Servilius Iſauris domitis in Cilicia urbes illorum expugnavit. Epit. XCIII.

M. Antonius Triumviri pater indicto Cretenſibus bello, cùm eſſet oræ maritimæ curator, malè geſta re ibi periit. Aſcon. in Divinat.

4640 20 4 D | 3910 | 74 | III | 680 | 675

L. Licinius Lucullus.
M. Aurelius Cotta.

Mithridates cum Sertorio fœdus iniit. Bithyniam occupavit. Cottam Chalcedone obſidet. Lucullus Coſ. eò profectus Chalcedonis obſidionem ſolvit. App. Epit. XCIII.

P. Servilius Iſauricus Piratis domitis, ac Cilicia Cretáque in formam provinciæ redacta triumphat. Faſti Capit.

4641 21 5 CB | 3911 | 73 | IV | 681 | 676 Sept. 10

M. Terentius Varro Lucullus.
C. Caſſius Varus.

Bellum ſervile in Italia ſuſcitatum, auctore Spartaco, Oenomao, & Crixo: qui effracto Capuæ ludo Lentuli, Claudium Pulcrum legatum, & P. Varinium Prætorem bello vicerunt. Epit. XCV. Eutropius.

Mithridates Cyzicum obſidet. Hunc Lucullus à tergo invadens fame conſumptum multis præliis vicit, & in Pontum fugavit: navali quoque prælio victor. Epit. XCVI. Oroſ. lib. VI, cap. II.

Sertorius à conjuratis occiditur octavo ducatus ſui anno. Succeſſit ei Marcus Perperna. quo interempto, Pompeius Hiſpanias recepit. Epit. XCVI.

4642 22 6 A | 3912 | 72 | Olymp. 177 | 682 | 677

L. Gellius Poplicola.
Cn. Cornelius Lentulus Clodianus.

C. Curio ex Macedonia triumphavit, Dardanis victis. Eutrop. Cicero in Piſo. Q. Arrius Prætor Crixum cum XX M. cecidit. Spartacus vario eventu pugnat. Lentulo victo, cùm ad Alpes properaret, à Caſſio Procoſ. cohibitus eſt. Lucullus Amiſum, & Eupatoriam Ponti urbes obſidet: nec non Themiſcyram. Appia. Mithridat.

4643 23 7 G | 3913 | 71 | II | 683 | 678

Cn. Aufidius Oreſtes.
P. Cornelius Lentulus Sura.

M. Terentius Lucullus de Beſſis, ac Thracibus triumphavit, & Scythis primus Romana arma monſtravit. Florus. Epit. XCVII.

Servile bellum à M. Craſſo Prætore, & Pompeio ſublatum. Appia. Eutrop. Florus. Plut. Lucullus contra Mithridatem parum proſperè equeſtri prælio pugnavit. Mox tamen devicit: & territum in Armeniam ad Tigranem fugere compulit. Appianus. Plutar.

4644 24 8 F | 3914 | 70 | III | 684 | 679

Cn. Pompeius Magnus.
M. Licinius Craſſus.

Hoc anno Cenſura reſtituta. Aſcon. in Divinat. Intermiſſa fuerat ab

Per. Jul. ✻ ☉ | Mundi. | Ante Chr. | Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

anno DCLXVIII. Fuerunt verò Cenſores hoc anno Gellius, & Lentulus. Plutar. Epit. XCVIII.

Mithridate pulſo, Ponticæ urbes Lucullo ceſſerunt. Appia. Plutar.

Hoc anno Cicero Verrem judicio poſtulavit, deſignato jam Hortenſio Conſule. Erat natus annos XXXVI. & Ædilitatem petebat, quàm & obtinuit. Virgilius his Coſſ. naſcitur. Id. Octob. Vita ejus.

Judicia per M. Aurelium Cottam Prætorem ad equites à Senatoribus tranſlata. Epit. XCVI.

4645 25 9 ED | 3915 | 69 | IV | 685 | 680 Sept. 9

Q. Hortenſius.
Q. Cæcilius Metellus Creticus.

Lucullus Ponto in ditionem redacto in Armeniam irruit: Tigranes peditum CCM. equitum LXM. cogit. Sed à Lucullo reges ambo profligati. capta Tigranocerta. Epit. XCVIII. Plut.

Cicero Ædilis Cur. hoc anno fuit.

Hoc anno mortua Salome Alexandri conjux. Hyrcanus matris imperio ſolutus Pontificatum tenuit. Sed Ariſtobulus frater ei bellum infert. Lib. X. cap. LVI.

4646 26 10 C | 3916 | 68 | Olymp. 178 | 686 | 681

L. Cæcilius Metellus.
Q. Marcius Rex.

Lucullus Niſibin expugnat. Triarius Luculli legatus Mithridatem vicit. Plutar. Appia. Dio XXXV. Circa hoc tempus Antiochus Aſiaticus Pii F. à Lucullo Syriæ rex ſalutatus eſt. Appianus. Vide cap. XLVII. lib. X.

Bellum Creticum hoc anno geſtum à Metello Procoſ. qui Cydoniam obſedit. Epit. XCIX.

4647 27 11 B | 3917 | 67 | II | 687 | 682

C. Calpurnius Piſo.
M. Acilius Glabrio.

Lex Calpurnia de ambitu à Piſone lata. Roſcia item de ordinum diſcrimine. Dio lib. XXXVI. Gabinius quoque Trib. Pl. lege lata imperium extraordinarium Pompeio contra Piratas decrevit. quod bellum extrema hieme apparavit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit. Cic. pro lege Manilia. Epit. XCIX.

Triarius legatus Luculli à Mithridate cum omnibus copiis deletus eſt. Lucullus adveniens ab exercitu ſuo deſtitutus eſt. Mithridates regnum ſuum recuperavit. Dio XXXVI. App. Plutar.

Metellus Cretæ urbes plurimas expugnavit: atque inſulam domuit. Epit. XCIX. Florus.

4648 28 12 A | 3918 | 66 | III | 688 | 683

M. Aimilius Lepidus.
L. Volcatius Tullus.

Cicero Præturam hoc anno geſſit. C. Manilius Trib. Ple. lege lata Pompeio bellum contra Mithridatem attribuit, ſuaſore Cicerone. Pompeius Mithridatem prælio fregit, qui ad Tigranem confugit. Sed ab eo rejectus filium Macharem Boſpori regem interfecit. Tigranes Pompeio ſe dedidit. qui Armenia relicta, Cappadociæ, & Syriæ partem, Phœnicen, & Sophenen ademit. Diod. XXXVI. Plut. Appia. Epit. C. & CI. Per idem tempus Antiocho Aſiatico Syriæ regnum, quod Lucullus conceſſerat, ademit Pompeius. Juſt. XL. Appia.

Cn. Piſo contra Remp. conjurat cum Catilina, & Autronio de interficiendis Coſſ. in annum ſequentem deſignatis, à quibus in petitione Autronius, & Sylla excluſi fuerant. Sed re patefacta, poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro Prætore miſſus, ibi occiſus eſt. Salluſ. in Catilin. Dio loco cit.

Hyrcano de Pontificatu dejecto Ariſtobulus eum occupat annis III. Joſeph. XIV. cap. VIII.

4649 1 13 GF | 3919 | 65 | IV | 689 | 684 Sept. 8

L. Aurelius Cotta.
L. Manlius Torquatus.

Pompeius Iberos debellat, & Artocem regem: tùm Albanos; dum Mithridatem inſequitur. Dio XXXVI. Plutar. Appia.

Alexander Ægypti rex à ſuis pellitur, & Tyrum ſecedens ibi moritur, Pop. Rom. herede inſtituto. Cicero Orat. II. contra leg. agr. Huic ſuccedit Auletes annis XI. Euſeb. Chron.

4650 2 14 E | 3920 | 64 | Olymp. 179 | 690 | 685

L. Julius Cæſar.
C. Marcius Figulus.

Phraates Parthorum rex in Tigranem bellum movet. Is auxilium à Pompeio petit. Eo tardante, Tigranes cum Phraate paciſcitur. Dio XXXVI. Appia.

Pompeius Antiochenſibus obſides reddidit. Daphnenſibus agrum dedit. ut in eo lucus ſpatioſior fieret, delectatus loci amœnitate. Eutr. VI. Euſeb. Chron.

4651 3 15 D | 3921 | 63 | II | 691 | 686

M. Tullius Cicero.
C. Antonius Nepos.

Mithridates à Pharnace filio mori coactus eſt. Pompeius contra Aretam Arabum regem bellum gerit. Hieroſolyma capit Sabbato. Hyrcanum regem facit. Tributo impoſito Ariſtobulum Romam cum filiis abducit. Syriam in formam provinciæ redigit. Interim Romæ Catilinæ conjuratio contra Remp. graſſatur, quæ opera Ciceronis opprimitur. Sal. in Bello Catil. Dio XXXVII. Joſeph. XIV. cap. VIII.

Auguſtus hoc anno naſcitur. Sueton.

4652 4 16 C | 3922 | 62 | III | 692 | 687

D. Junius Silanus.
L. Licinius Murena.

Catilina ab Petreio Antonii Procoſ. duce victus occubuit. Antonius in Ciliciam abiens triennio ibi præfuit: ut ex Cicero. I. ad Att. colligit Sigon. C. Cæſar Prætor Urbanus eſt.

Per. Jul. * ⊙ | Mundi. | Ante Chr. | Olymp. | Urbis cond. | Æra Nab.

4653 5 17 BA | 3923 | 61 | IV | 693 | 688 Sept. 7

M. Pupius Piſo.
M. Valerius Meſſalla.

Cn. Pompeius hoc anno de Mithridate triumphat prid. Kal. Oct. Plin. lib. VII, cap. XXVI. Dio XXXVII. Clodius inceſti accuſatus abſolvitur. Valer. Max. lib. IV, cap. II. Dio. Bellum Allobrogicum contra Catugnatum à C. Pomptino geſtum. Idem.

C. Cæſar in Luſitaniam profectus bellum ibi gerit. Dio XXXVII.

4654 6 18 G | 3924 | 60 | Olymp. 180 | 694 | 689

Q. Cæcilius Metellus Celer.
L. Afranius.

Pompeio agrariam legem ferenti Metellus acriter reſiſtit: ita ut à Trib. pl. in carcerem conjectus ſit. Clodius ad plebem tranſit, & Tribunatum petit.

C. Cæſar Romam ad petendum Conſulatum venit. ubi cum Pompeio & Craſſo conſpirat. Dio XXXVII. Plutar.

4655 7 19 F | 3925 | 59 | II | 695 | 690

C. Julius Cæſar. *Archon Herodes.*
M. Calpurnius Berulus.

Cæſar legem agrariam fert: renitentem Catonem in vincula conjicit. quin & collegam Bibulum publico abſtinere cogit. Idem Illyricum, & Ciſalpinam Galliam in triennium obtinet: imò & Tranſalpinam à Senatu in quinquennium. Clodium inſuper adjuvat, ut à patriciis ad plebeios tranſiret. Sueton. Appia. Dio XXXVIII. Velleius II.

Eodem anno Cæſar Juliam filiam Pompeio deſpondet, Calpurniam Piſonis ducit. Plutar. Appian. &c.

4656 8 1 E | 3926 | 58 | III | 696 | 691

L. Calpurnius Piſo Cæſoninus.
A. Gabinius.

Clodius Trib. Pl. legem tulit, ne diebus iis, quibus cum populo agitur, de cœlo ſervaretur: & alias quaſdam pernicioſas. Cicero in exilium pellitur circiter Kal. Apr. Clodius legem promulgavit de publicandis Ptolemæi regis Cypri bonis, & regno in formam provinciæ redigendo. cujus rei curatio Catoni commiſſa. Kal. Junii L. Mummius Trib. Pl. retulit de Cicerone revocando. Interceſſit Ælius Ligus Trib. pl. Pompeius itidem allaboravit. Renitente Clodio decrevit Senatus nulla de re agere, niſi Cicero revocaretur. Hæc Dio XXXVIII. Plutar. Cicero pro Sextio, & alibi.

Cæſar interim in Galliis Helvetios ad Ararim debellat. Inde Arioviſtum, & Germanos. Cæſar I. Com. Dio XXXVIII. Plut.

4657 9 2 DC | 3927 | 57 | IV | 697 | 692 Sept. 6

P. Cornelius Lentulus Spinther.
Q. Cæcilius Metellus Nepos.

Cicero ab exilio revocatur, P. Lentulo referente. Reverſus ob annonæ caritatem auctor fuit, ut Pompeius rei frumentariæ per quinquennium præficeretur. Dio XXXIX. Plutar.

Ptolemæus Auletes nothus Ægypti rex regno pulſus Romam venit. Cujus filiam Berenicen ad regnum provehunt Alexandrini, eíque Cybioſacten è Syria hominem obſcurum conjugem adſciſcunt, quem regina paullò pòſt occidit. poſteà Archelao Comanorum in Ponto Sacerdoti nupſit. Dio XXXIX. Strabo XVII.

Cæſar Belgas domuit, & Nervios. P. Craſſus ejus legatus Venetos, Unellos, & alios minoris hodie Britanniæ populos in deditionem accepit. Itaque in Italiam profectus eſt. Cæſar II. Com.

4658 10 3 B | 3928 | 56 | Olymp. 181 | 698 | 693

Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus.
L. Marcius Philippus.

M. Cato ex lege Clodia Cyprum ordinavit; cùm Ptolemæus ejus rex ſibi necem attuliſſet. Reverſo Præturam citra comitia Senatus decrevit. quam ille repudiavit malens eam ipſam dignitatem comitiis impetrare. Ptolemæus Ægypti rex deſperato reditu Epheſum ſe contulit. Plutar. Catone. Dio XXXIX.

Cæſar Venetos navali certamine ſuperat. Titurius Sabinus ejus legatus Unellos. Craſſus Sontiates in Aquitania. Deinde Lucæ Cæſar hiemavit. Eò Pompeius, & Craſſus ad eum veniunt. Dio ibid. Plutar. Cæſar III. Com.

C. Cato Trib. Pleb. acerrimè reſtitit reſtitutioni Ptolemæi, & interceſſionibus ſuis comitia ſuſtulit. Dio. Plut.

Hyrcanus ab Alexandro Ariſtobuli F. Pontificatu dejectus à Gabinio reducitur. Joſe. l. XIV, c. X. Tunc & juridicos V. conventus in Judæa conſtituit, Hieroſolymis, Gadaris, Amathunte, Hierichunte, Saphoris. Joſeph.

4659 11 4 A | 3929 | 55 | II | 699 | 694

Cn. Pompeius Magnus II.
M. Licinius Craſſus.

Ex interregno Coſſ. facti Catonem de Prætura dejiciunt: eíque prælatus Vatinius. Inde per Trebonium Trib. pl. Craſſus Syriam, Pompeius Hiſpaniam in annos V. obtinent. Cæſari Gallia in triennium prorogatur. Craſſus in Conſulatu profectus eſt in Syriam, nequicquam impediente Ateio Trib. pl. Dio XXXIX. Plutar.

Cæſar Germanos, qui Rhenum tranſierant, delet. Rheno deinde ponte juncto in Germaniam tranſit. Pòſt in Britanniam, quam & in deditionem accepit. Cæſar in Com. Plutar. Cæſare. Dio XXXIX.

Pompeius theatrum dedicavit ludis ac ſpectaculis; quibus D leones occiſi, elephanti XVIII, præbente liberto Pompeii Demetrio. Dio.

A. Gabinius Procoſ. Syriæ Ptolemæum Pompeii juſſu reduxit. Ptolemæus filiam ſuam occidit. Dio. Plutar. Appia.

Antequam

Antequam in Ægyptum iret, Judæam Ariſtobuli, qui è vinculis Roma elapſus erat, factione turbatam pacavit, & Ariſtobulum remiſit. Joſeph. XIV. cap. XI.

4660 12 5 G | 3930 | 54 | III | 700 | 695

L. Domitius Ahenobarbus.
Ap. Claudius Pulcher.

C. Pontinus, qui Cicerone Coſſ. Prætor fuit, de Allobrogibus triumphavit. Faſti Capit.

Craſſus contra Parthos exercitum duxit, & urbes aliquot obtinuit. Plutar. Craſſo. Appia. Parth.

Cæſar Treviros domuit, & Britanniam. Cotta, & Titurius legati à Gallis circumventi cum exercitu cæſi ſunt. Inde ad caſtra Q. Ciceronis, qui in Nerviis erat, veniunt. Sed ſuccurrente Cæſare fuſi omnes, ac deleti. Cæſar. Dio XL. Plutar.

Gabinius majeſtatis accuſatus abſolvitur: repetundarum verò damnatur, etſi eum Cicero defenderet. Dio XL.

4661 13 6 FE | 3931 | 53 | IV | 701 | 696 Sept. 5

Cn. Domitius Calvinus.
M. Valerius Meſſalla.

Craſſus in Parthis periit. Cæſar Rhenum denuò trajicit. Reverſus Eburones fundit. Dio XL. Plutar. Appia. Cæſar Junio menſe periiſſe Craſſum indicat. Ovid. VI. Faſtor. In Craſſi locum Cicero fit Augur. Plutar.

4662 14 7 D | 3932 | 52 | Olymp. 182 | 702 | 697

Cn. Pompeius Magnus ſine Collega.

Cùm diu comitia protracta eſſent, petentibus Milone, Hypſæo, Metello Scipione, tandem Pompeius V. Kalend. Mart. menſe intercalario Conſul factus eſt. qui deinde in V. menſes collegam ſubrogavit ſibi Q. Metellum Scipionem ſocerum. Porrò antequam Conſulatum iniret Pompeius, Clodius à Milone occiſus erat. Hic Pompeio jam Conſule damnatus de vi in exilium abiit. Aſcon. in Milon. Dio XL. Plutar.

C. Caſſius Craſſi Quæſtor in Syriam è clade ſe receperat. Ibi Parthos fortiter repulit. Joſeph. XIV. cap. XII. Appia.

Galli à Cæſare deficiunt. Hic ex Italia celerrimè profectus eoſdem ſuperat, & in ditionem redigit. Avaricum, Gergoviam, Alexiam expugnat. Vercingentorigem in poteſtatem ſuam adducit. Cæſar lib. VII. Dio XL. Plutar. Epitome XCVIII. Cicero libros de Finibus ſcripſit.

4663 15 8 C | 3933 | 51 | II | 703 | 698

Ser. Sulpicius Rufus.
M. Claudius Marcellus.

Cicero hoc anno ex SCto. Procoſ. in Ciliciam abiit: ubi rem benè geſſit, & Imperator ſalutatus eſt. Plutar. Cicero in Epiſtolis.

Caſſius Syriam egregiè contra Parthos tuetur, adeò ut illi deſperata Syria receſſerint. Dio XL.

Hoc anno mortuus videtur Ptolemæus Auletes: ut ex Cœlii Epiſtola conſtat lib. VIII. Fam. IV. quæ Kalend. Sext. data: hoc eſt circa Junium hodiernum. Ex quo ea dirigenda ſunt, quæ lib. X. cap. XLVIII. diximus. ubi ex Strabone fruſtra credidimus Auletem mortuum anno U. C. DCC.

Ptolemæo ſucceſſit Ptolemæus Διόνυσος annis V. Maxima Solis defectio contigit Martii VII. hora poſt noctem mediam 12, 41′. Lib. X. cap. LX.

4664 16 9 B | 3934 | 50 | III | 704 | 699

L. Aimilius Paulus.
C. Claudius Marcellus.

Cæſar veritus ne exercitum & provinciam dimittere cogeretur, Paulum Coſ. & C. Curionem Trib. pl. ſibi demeretur. Actum deinde de dimittendis Cæſaris exercitibus. cui ſic aſſenſus eſt Curio, ſi & ceteri dimitterent. Senatus decrevit, ut ad bellum Parthicum una legio à Cn. Pompeio; altera à C. Cæſare mitteretur. Cæſar duas miſit, quæ à Marcello Pompeio traditæ. Dio XL. Plut. Cenſores Ap. Claudius, L. Piſo. Cenſa CCCXXM. Plutar. Cæſare. Ciceronis filia Tullia Dolabellæ nupſit. Lib. VIII. Epiſt. XIII.

4665 17 10 AG | 3935 | 49 | IV | 705 | 700 Sept. 4

C. Claudius Marcellus. *Cæſar Dictator I.*
L. Cornelius Lentulus.

Bellum civile inter Cæſarem, & Pompeium hoc anno cœpit. Kalend. Jan. Senatus decrevit, uti ante certam diem Cæſar exercitum dimitteret. Antonius & Caſſius Trib. pl. ad Cæſarem cum Curione profugiunt. Cæſar Ariminum occupat. Pompeius Urbe digreditur. Cæſar in Hiſpaniam proficiſcitur. Ibi Pompeianos exercitus in deditionem accipit. Rediens Maſſiliam expugnat. In ejus obſidione cognoſcit ſe Dictatorem à M. Lepido Urbi Præfecto eſſe dictum. Romam itaque veniens, Dictaturam I. iniit, qua ſe poſt XI. diem abdicavit, cùm comitia prius habuiſſet, quibus ipſe cum P. Servilio Conſul factus eſt. Cæſar lib. I. de Civil. Dio. XLI. Plut. App. Ariſtobulus Hyrcani frater à Cæſare dimiſſus veneno necatus eſt. Alexander Ariſtobuli F. juſſu Pompeii ſecuri percuſſus. Joſe. XIV. cap. XIII.

Hoc anno ab Octobri, Urbis ſeptingenteſimo ſexto ineunte, æra Antiochena incipit. Vide lib. X. cap. LXIV.

4666 18 11 F | 3936 | 48 | Olymp. 183 | 706 | 701

C. Julius Cæſar II.
P. Servilius Vatia Iſauricus.

Cæſar in Macedoniam trajecit. Ibi Pompeium in Pharſalicis campis devicit. Pompeius in Ægyptum fugiens à Ptolemæo eſt occiſus. Cæſar III. Civil. Dio XLI. Plut. App.

Cæſar cùm in Ægyptum veniſſet allato ſibi Pompeii capite illacrymavit. Ib. Cato in Africam abiit. Milo in Campania turbans occiditur. Dio.

Antipater Herodis parens Cæſarem in Ægyptiaca expeditione adjuvat. Ideo procurator ab eo Judææ factus eſt. Joſeph. lib. LIV. cap. XV.

 C. Julius